

ARN. CLAPMARIUS  
De  
**A R C A N I S**

RERVM PVBLICARVM,

Illustratus

A. IOAN. CORVINO. IC.


*Accessit*

CHR:

*De cad-*  
*Dis*

BESOLDI

*em materia*  
*curfus.*



*Cor. Cl. Dreyfend sculpsit.*

Amsterodami,

*Apud Ludouicum Elzevirium. Anno 1641.*



ARN. CLAPMARI  
DE  
ARCANIS  
RERVM PUBLICARVM  
*Libri sex, illustrati*  
A IOAN. CORVINO LC.  
*Accessit,*  
CHR. BESOLDI  
*De eadem materia discursus.*  
NEC NON  
ARNOLDI CLAPMARI  
Et Aliorum conclusiones de  
IVRE PUBLICO.



*Videntur lu-  
thores non  
bona nata*

*Amsterdam,*

Apud Ludovicum Elzevirium, 1641.

IOANNES ARNOLDVS  
CORVINVS

Juris-Consultus

LVDOVICO  
ELZEVIRIO

S. P. D.

**R**Eddo tibi, mi Elzeviri, viri Cl. Arnoldi Clapmarii libros de Arcanis Rerumpublicarum, juxta ejusdem, & annexas de jure publico disputationes, tuo rogatu, à me recensitos. Quid præstiterim, docebit *autopsia*. Scilicet exemplar, mihi traditum, passim ab infinitis mendis typographicis, in græcis maximè allegationibus, expurgavi, voces à grammatothectis hiulcatas restitui, textum majore characterum varietate distinxi. Erat sanè

IOANNIS CONVINI I.C.  
BREVIARIUM  
DE

*Arcanis Rerumpublicarum.*



Arcana Rerumpublicarum, quæ, in Historico-  
rum, aliisque scriptis spar-  
sim & intercisè notata,  
laudando ausu in unum  
comportare studuit vir Cl. Arnoldus  
Clapmarius, pro fine habent Reipu-  
blicæ salutem. Hæc in ejusdem diu-  
turnitate consistit, & Imperantium  
securitate. Vtraque, ut obtineatur, in offi-  
cio continendi, juxta Imperii avidos,  
qui libertatis sunt amantes; Non a-  
perta quidem & regia viâ; sed per  
tectâ utriusque imagine simulacra,  
Quippe quod apud tales, ex præsentis  
Reipublicæ odio, nec legum ullus sit  
locus, nec rationis. Atque inde quidem  
est, quod arcanis istis, non minus quàm  
simulacris, quasi ἐξ ἀνάγκης, Principes  
utuntur. Non tamen sine privatorum  
in communi vitâ exemplis. Sanè ta-  
lium arcanorum vestigia in omni hu-  
manâ

ARNOLDI CLAPMARIII  
DE  
ARCANIS RERVM  
PVBLICARVM,  
LIBER PRIMUS.

CAPVT I.

Qui est  
de iure  
Impe-  
rii.

*Occulta & abstrusa artes Reipublica consti-  
tuenda atque conseruanda : Rationes & le-  
ges quid apud plebem possint : Simulacra  
Deorum.*

**D**UO sunt potissimum, quæ  
in considerationem ve-  
niunt in omni Republica  
componenda, conseruan-  
daque. *Primum* non est  
vnius generis, sed spectat  
tum securitatem eorum, penes quos est,  
ut ait Aristoteles, *πολιτεία*, id est, *sum-  
mum Imperii Ius*. tum etiam pertinet ad  
presentem Reip. statum confirmandum  
atque conrobmandum. Nam præterquam  
quod, ut D. Augustus olim dicebat, *cum  
omnia quæ præclara sunt, tum imprimis sum-  
mum Imperium cum invidia conjunctum est;*  
permulti, vel fatietate præsentis Reipu-  
blicæ, vel animi mobilitate novis Impe-  
riis student, qui facilè, nisi illis obex ali-  
quis opponatur, frenumque injiciatur,  
Republ. occupabunt, & iis qui princi-  
patum

*Salus  
Reip.  
consistit  
in duo-  
bus.*

*Primo  
in secu-  
ritate  
eorum  
qui im-  
perant,  
presen-  
tisque  
Reip.  
diutur-  
nitate.*

CHRISTOPHORI  
BESOLDI IC.

DE

Arcanis Rerumpublicarum,

CAPVT I.

*De Arcanis convenientibus statui omni.*



Non solum subditi Religio-  
ne, educatione, legibus, aliis-  
que similibus mediis ad Po-  
liticam deducendi sunt feli-  
citatem: sed & Majestas Im-  
perii, salutis cum sit tutela;

*Arcanorum  
Imperii  
necessitas.*

ideo statum, formamque Reipublicæ, &  
suam etiam auctoritatem, mediis quibus-  
dam tueri debet is, qui imperat. Quæ ar-  
cana Reipublicæ, vel secreta Imperii, com-  
muniter vocitantur; & quæ Aristot. *l. 5. polit.*  
*cap. 3. τῶν πολιτικῶν σοφισμάτων,* alibi,  
*κεντρικά,* item *χετισκευάσματα,* appellat.  
Vide Conradum Cerneman. *in laboribus Iulii  
Cæsaris. num. 214.* & Facium *in præfatione  
Politice. Livianæ.* Et hæc ita per consequen-  
tiam populi quoque salutem concernunt:  
cum salus Principis ac status spectet cum-  
primis ad publicam tranquillitatem. Ea ab  
*Arnoldo Clapmaro,* prudentissimo juvene,

*Arnoldi  
Clapmar-  
rii laus.*

ARNOLDI  
CLAPMARIJ,  
FRANCISCI  
ROSELLI  
ET  
WOLFGANGI HEINRICI  
RUPRECHTI  
*Conclusiones*  
DE  
IVRE PVBLICO.



*Amsterodami,*  
Apud Ludovicum Elzevirium, 1641.

3

*Illustrissimo Potentissimoque*

PRINCIPI MAURICIO,  
Landgravio Hassiæ, &c. Domino  
meo clementissimo.

**N**exus nominis tui tum magni-  
tudo, tum singularis erga me  
clementia, magne Princeps  
tantum potuit, ut non solum  
me tantarum rerum non immem-  
orem redderet, sed & faceret  
audacem. Neque enim debuit tuarum virtu-  
tum recordationem ullum temporis locorumve  
intervallum mihi eripere, neque potuit impone-  
re, quo minus tibi rationem redderem otii atque  
officii mei. Equidem ex quo tua autoritate at-  
que consilio hanc in Academiam concessi, non  
tantum id me composui, ut in officio essem, quod  
à me requirebat fides mea, verumetiam ut sa-  
tisfacerem expectationi atque commendationi  
tue, qua ut imbecillitatem meam, ita etiam  
multorum hominum opinionem facile supera-  
sti. Quo majore mihi ope nitendum fuit, ut cum  
propter insigne tuum de me Iudicium, cujus me  
suppudebat, pro tenuitate mea; tum propter of-  
ficii hujus mei difficultatem, cui ego vix par-  
sum, & Academia huic otii mei constaret ra-  
tio, & te commendationis non peniteret tua.  
In hoc studiorum laborumque stadium ingres-  
sus, dum me respicio, atque nunc hoc, nunc il-  
lud parturio, commodum mihi excidit disputa-  
tio hac de Iure publico: Cujus studii difficultas,  
quantum apud nonnullos valet, qua eos à tam  
laudabili absterreat negotio, tantum apud me  
potest dignitas, qua me ad tantæ rei magnitudi-



DISPUTATIO I.

5

De

IURE PUBLICO

excerpta ex C. Corn. Tacito


*Praside*

ARNOLDO CLAPMARIO

*Respondente*

Ioan. Christophoro Kotzero.

THESIS I.



DE Cocccio & Capitone Tacitus, de Scævola Vellejus, de Tuberone Pomponius, de Tito Aristo Plinius, de aliis alii, eos scientissimos fuisse tum publici, tum privati Iuris: Caterum in Historiis peregrinos esse, qui negant Ius publicum usquam extare.

II.

Neque enim ea, de quibus Ammianus loquitur, fuisse quaedam, quorum seriem scrutari non licuit, nec si licuisset, proferre decebat in publicum, de Iure publico intelligenda sunt: Neque etiam in Commentario, sive Rationario Imperatorum, cujus capita commemorant Tacitus, Suetonius & Dion, continebatur Ius publicum.

III.

*Est autem Ius publicum, ut recte Ulpianus quod ad statum Rei Romana spectat. Eadem significatione apud Tacitum 4. Histor. Status Imperii. Et consistit in sacris, in sacerdotibus,*

*Ius publicum quid, & in quibus consistat.*